et habendum vindicat exponat inscribit et assecurat in ea
548 ipsa bona praenominata inconrat, a quo onere non recedit
absoluti donec eadem summa totaliter et integre eidem
Jospicae vel successoribus persoluta et numerata fuerit.
Submittit nihilominus se successores in omnibus bonis suis
inscriptionem praesentem ex actis praesentibus ad acta
terrestria praemisliensia ante decursum unius anni trans-
portare sub vadio similis summae octingentorum flor.
pecuniae monetae polonicalis in effectu transportationis
succumbendo, pro quo vadio praefatus Stanislaus Glowa
cum successoribus suis per generosam Helizabet Bambow-
ska materinconsortem suam citatus extunc ad iure foro
suis competenti quibusuis euadendo, coram terrestri et
castrensi praemisliensi iudiciis, cui se ad quod sesetetus
bitur cum bonis et successoribus subjecit in primo stipu-
latorio citationis termino stare parere respondere ac
per vadio praefato a iudicio non euadendo sub alio sti-
vadio, omnibus dilationibus exceptionibus motionibus ap-
pellationibus earumque prosequentibus, actionem pro maiori
ad quietationem dicta inscriptione praesenti et aliis qui-
busuis iuris et facti remediis semotis et in parte in
ctis satisfaciens tum quoties opus fuerit tenebitur et
successores tenebuntur. Nulla praescriptione terrestri ob-
stante.

Buchowsczy arendant alio

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
castrensibus praemisliensibus nobiles Jacobus et Sebastianus
Buchowsczi mente et corpore sani existentes, foro suo quoad
proprio omisso et praesenti iurisdictioni se incorporando
publice recognouerunt. Quia nobili Dobrogostio
Buchowski et successoribus bona tenuta sua in villa Bucho-
wicze et alia, quae habent ab eodem in summa mille
centum flor. pecuniae actis terrestribus praemisliensibus seu
aliis quibusuis inscriptis, cum omni iure dominio proprietate
et excipiendo ... ad festum Conuersionis Sancti Pauli
apostoli proxime et immediate venturum, pro summa certa
pecuniaria iam ab ipso recepta, de qua praefatum eundem
quietant et liberum faciunt arendauerunt et in arendam
inscripserunt, dant et admittunt eidem iam exnunc coram
officio praesenti realem intromissionem cum actuali et pacifica pos-
sessione per ministerialem terrestrem quemcunque. Et ...
eidem praefatus Dobrogostius Buchowski coram officio
et actis praesentibus personaliter stans, foro suo quoad proprio omisso
et praesenti iurisdictioni se incorporando publice recognouit. Quia
bona praefata sibi ut praemissum arendata non alio iure nisi
vigore praesentis arendae cum successoribus tenebit habebit et 549
possidebit, post expirationem vero arendae praefata bona eaque
libere dimittet vel eius posteri dimittent, in quae prae-
fati Buchowsczi tanquam in sua propria ingredientur.
Cui ingressui et intromissioni praefatus Buchowski contradicere non debet
nec eius successores debent sub vadio in originali inscriptione
contento.

Kormanicski adscribit Fredro

Coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus personaliter
stando generosus Joannes Kormanicski olim generosi Alexan-
dri Kormanicski filius mente et corpore sanus existens, a iure
in foro suis proprio quibusuis euadendo, praesenti vero ca-
strensi praemisliensi iurisdictioni se successoresque bona sua omnia
quoad infrascripta incorporando publice recognouit. Quia gene-
roso Thomae Fredro de Plesszowicze et in Modlkowicze haeredi
et eius legittimis successoribus, ad summam priorem origi-
nalem mille florenorum pecuniae, sibi per eundem in
bonis villa Corislawka cum viginti cmetonibus actis ter-
restribus praemisliensibus inscriptam et assecuratam, summam du-
centorum et triginta flor. pecuniae monetae polonicalis in eis-
dem bonis adscribit adiungit annectit et associat, summamque
originalem cum praesenti adscriptitia iungit. In quaquidem
summa simul iuncta mille ducentorum et triginta flor.
pecuniae praefatus Thomas Fredro cum successoribus suis bona
eadem in inscriptione originali contenta tenebit habebit et
possidebit, Illaque utifruetur usque ad exemptionem et sum-
mae praefatae simul iunctae plenariam et omnimodam
coniunctim persolutionem. Eam inscriptionem priorem
originalem per praesentem adscriptitiam, et praesentem
adscriptitiam per illam priorem originalem in omnibus
earum conditionibus approbando et confirmando. Et iam exnunc
praefatus Joannes Kormanicski eidem Thomae Fredro in bona
eadem in originali inscriptione contenta in summa praedicta ad-
scriptitia dedit et admisit realem intromissionem cum actuali
et pacifica possessione per ministerialem terrestrem quemcunque.
Nihilominus praefatus Joannes Kormanicski se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit
praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria prae-
misliensia ante decursum unius anni transferre transporta-
re similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem fa-
cere sub vadio similis summae adscriptitiae ducentorum et
triginta flor. pecuniae. Pro quoquidem vadio se se